

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Compendiosa regum Daniæ historia

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 22. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585306608/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*

*Regum Daniæ Historia*

Galliæ et Germaniæ aut sibi subdederunt aut destruxerunt, templa cum clericis igne vastantes, omnemque populum sibi resistentem, cum mulieribus et pueris, in ore gladij trucidantes. Dum hæc aguntur, moritur Ericus Barnn, relicto vnico filio Lodne- 5 knud adhuc infante, quod audiens OLAVVS rex Sueciæ cum grandi exercitu Daniam inuasit, vicit et occupauit quinquennioque possedit factus rex 66.

3 SIVARDVS.

67. Rex Siuardus Olai nepos regnauit 10 annis, 10 tandem a Danis interfectus.

1 LODNEKANVTVS

hirsutus pilosus.

68. Rex Lodneknutus Erics filius. Hic ex desperato pene adolescente auctor insperatæ probitatis 15 euasit, hoc vno defendus, quod absque Christianæ religionis insignibus e vita ad mortem transitum habuit.

1 SVENO.

69. Rex Sueno Langfod Canuti filius regnauit 20 annis nouem.

6 FROTO.

70. Rex Froto Suenonis frater. Hic Angliam vicit, vbi et fidem Christi edoctus Christianissimus euasit. Volens igitur communem esse toti Daniæ 25 hanc felicitatem, misso legato ad Agapitum secun-

*Regum Daniae Historia* 23

dum pontificem Romanum, fidei doctores postulavit, sed priusquam redisset legatus, in Domino mortuus est, cum regnasset in Dania et Anglia annis viginti.

5 2 GORMO.

71. Rex Gormo Frothonis filius regnavit quatuor annis. Huius tempore defecerunt a Danis Angli, pro quorum recuperatione nihil unquam fortiter est conatus.

10 5 HARALDVS.

72. Rex Haraldus Gormonis filius ob hoc egregiorum operum monumentis vacuus, quod regiarum opum (inquit Saxo) seruator magis quam propagator extiterit.

15 3 GORMO.

73. Rex Gormo acerrimus Christianorum persecutor, hos enim puniebat capitis supplicio aut exilio damnabat aut facultatibus exuebat, templum etiam in fundo Slesuicensi a religiosis conditum, 20 tanquam sacrilegum aliquod impietatis domicilium, ab imis fundamentorum partibus demolitus est. Hic regiam maiestatem magis seruauit quam auxit. Qui cum postulasset uxorem filiam Hedelradi Anglorum regis nomine Thiram cognomento Danebod, non 25 antea impetrauit quam polliceretur Christianum fore, ex qua genuit duos filios Chanutum et Haraldum. Hic Chanutus adeo erat patri dilectus ut audita filij morte protinus expirarit.